Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



properum. Inuenti sunt sermones
tui et comedi eos et factum est uerbum
tuum mihi in gaudium et in letitiam
cordis mei quoniam inuocatum est
super me nomen tuum domine deus
exercituum. Non sedi in conuiuio lu
dentium et glatius tuus a facie mani
tue solus sedebam quoniam comi
natione repleuisti me. Quare factus
est dolor meus perpetuus et plaga me
desperabilis renuit curari. facta est
mihi quasi mendacium aquarum
infidelium. Propter hoc dicit dnus
Si conuerteris conuertam ad te et ante
faciem meam stabis et si separaueris
pretiosum a uili quasi os meum eris
Et conuertentur ipsi ad te et tu non con
uertens ad eos. Et dabo te populo
huic in murum eneum fortem et bel
labunt aduersum te et non prualeb
unt quia ego tecum ut saluem te et
eruam te dicit dominus et liberabo
te de manu pessimorum et redimam
te de manu fortium. XVI

Et factum est uerbum do
mini ad me dicens. Non
accipies uxorem et non erunt
tibi filii et filie in loco isto. quia hec di
cit dominus. super filios et filias qui ge
nerantur in loco isto et super matres
eorum que generauerunt eos et super
patres eorum que genuerunt super
terram hanc. Morte mortuorum erro
rum morientur non planse
ntur et non sepelientur. in sterquilinio
super faciem terre erunt et gladio et fa
me consumentur et erunt cadauera
eorum escam uolatilibus celi et
bestiis terre. Hec enim dicit dominus
Ne ingrediaris domum conuiuii
uadas ad plangendum neque condo
leas eos. quia abstuli pacem meam
a populo isto dicit dominus misericor
diam et miserationes et morientur
magni et parui in terra ista non sepeli
entur neque plangentur et non se ma
debunt neque calueiem fiet pro eis et
non frangent super eos luctum panem
ad consolandum super mortuo et non
dabunt eis potum calicis ad consola
dum super patre suo et matre et domi
conuiuii non ingredieris ut sedeas
cum eis et comedas et bibas. quia hec
dicit dominus exercituum deus isti.
Ecce ego auferam de loco isto in oculis
uestris et in diebus uestris uocem
gaudii et uocem letitie et uocem spon
si et uocem sponse. Et cum annuncia
ueris populo huic omnia uerba hec
et dixerint tibi. Quare locutus est do
minus super nos omne malum gra
de istud. Que iniquitas nostra. quod
peccauimus domino deo nostro. Dices
ad eos. Quia dereliquerunt me pres
tres uestri. ait dominus et abierunt post
deos alienos et seruierunt eis et ado
rauerunt eos et me dereliquerunt
et legem meam non custodierunt. Et
uos peius operati estis quam pa
tres uestri. Ecce enim unusquisque am
bulat post prauitatem cordis sui pe
nitus ut me non audiat et eiciam uos
de terra hac in terram quam ignoratis
nos et patres uestri et seruietis dis
ibi alienis die ac nocte. qui non dab
unt uobis requiem. Propterea ecce